

GYMNASIUM  
PATAVINVM  
IACOBI PHILIPPI  
TOMASINI  
EPISCOPI AEMONIENSIS  
Libris V. comprehensum.

Primus de Gymnasii origine, incremento, decremento, confirmatione,  
aedificiis. De Universitatibus Studiosorum, eorum Privilegiis,  
honoribus, ministris. De Professoribus, Cathedris, Collegiis,  
ceterisq; ad veram totius Academie rationem pertinentibus.

Alter Professores tum Iuris Pontificii, tum Civilis à prima origine  
ad nostra tempora enumerat.


Tertius Professores Theologie, Sacri Codicis, Philosophiae Naturalis,  
Moralis, Metaphysicae, ac Medicinae, aliarumq; Artium recenset.

Quartus Gymnasii historiam, & memorabilia quædam ad annos  
quingentos breviter persequitur.

Quintus Gymnasii Monumenta exhibet.



VTINI, Ex Typographia Nicolai Schiratti. M DCLIV.  
SUPERIORVM PERMISSV.



VIRIDARIUM GYMNASII PATAVINI MEDICVM.  
*Io. Georg. sculps.*



*Horti Medici descriptio. Cap. XXXII.*

**A**D Gymnasi Patavini splendorem nihil magis accedebat, quam omnium stirpium, herbarumque medicinalium viridarium extruere: Danielis Barbari Patriarchæ Aquileiensis consilio factum refert Bellonius Lib. 111 Observationum Cap. L. & Libro de neglecto stirpium cultu Problemate xx. Anno M D XXXIII Serenissimi Senatus Veneti decreto anno oenissimus ei locus inter splendida D. Antonii, & D. Iustinæ Templa selectus aquis undique irriguus, suadente id plurimum Clatissimo Medico Francisco Bonafidio Patavino, qui Moderatoribus Gymnasii Sebastiano Foscarenio, & Nicolao Theupolo primus ibidem studiosis Medicinæ in re herbaria erudiendis præficitur. Anno M D XLII auctum est stipendum Bonafidio ut diligentior esset in adunandis stirpibus rarioribus, constituto honorario Ducatorum anno M D XLVII Aloysio Hortulano, vel Herbario, & domo in Horto. Hujus loci fabricam perfici sunt mopere cupientes Gymnasii Moderatores eodem anno observationem, vel adversam valetudinem Bonafidii elegerunt Petrum Noalem Patavium Medicum & rei Botanicæ studiosissimum, ut præcesset operi, eique preceperunt ut Andréæ architecti Ædis S. Iustinae consilio & ingenio uteretur. Anno M D LII eiusdem constructioni rogatus à Patribus D. Petrus Antonius Michiel præficitur, iterum Herbario auctum stipendum ad Ducatoscentum. Rectores Patavini à Senatu admoniti, curarunt, ut quævis Vrbis sordes ad Hortum stercorandum transportarentur. Ab eo tempore Hortus suum incrementum perfensit.

Locielegantiam ostendit Iconologia. Ostii vero superliminare hac inscriptione in marmore enitet, qua Leges ingredientibus prescribuntur.

TRIVM-

TRIVM VIRI LITERARII.

- I. Portam hanc decumanam ne pulsato ante diem Marci Euangelistæ ante horam vigesimam secundam.
- II. Per decumanam ingressus extra decumanam ne declinato.
- III. In viridario scapum, ne confringito, neve florem decerpito, ne semen, fructuumve sustollito, radicem ne effodito.
- IV. Stirpium pusillum, succrescentemque ne attrectato, neve areolam conculcato, transilitone.
- V. Viridarii iniuria non afficiuntor.
- VI. Nihil invito præfecto attentato.
- VII. Qui secus faxit, aere, carcere, exilio mulctator.

Ad levam portæ ingredientibus occurrit domus in adito satis commoda Præfecto Horti, cui hortulus adiacet riarum stirpium è longinquis regionibus, quæ hyeme hypocausto conservantur, ulterius progredienti ad dexteram altera recens erecta fuit primo Hortulano. Ante ipsius viridarii limen saxo in terra sito hæc incisa sunt:

A. A. Q. M. D.

.....?

N E H A S F O R E S P V L S A T O

ANTE DIEM MARCIE.

N E C A N T E H O R A M.

Hortus ipse figuræ circularis muro cingitur satis alto. Extra quem circumiacent prata & vineta, ubi extra parietes Horti versus rivum, qui interfluit cœnobium Sancti Antonii Aquæductus est hac inscriptione:

Heu viator bene precare præstantissimis Senatoribus  
IACOBO FOSCARENO DOCTORI, Prætorique Patavino,  
& FRANCISCO DVODO Præfecto Patavino,  
Qui Stirpes siti arentes, adducta in viridarium aqua, largè  
refoverunt An. M D L X X V.

Hic

Hic verò aquæductus cum ob rivi decrementum votis sæpè non responderet : extra portam Horti decumanam alias constructus est , aquis è maiore Brentæ ramo in ædiculam huic fini paratam corrivatis . E qua rotæ amplæ circumartu , per fistulas plumbeas , in quatuor Horti quadrantis copiosè refunduntur . Qui sartam tectamque machinam hanc tueatur , annum viginti Ducatorum salarium obtinet .

Hortus areolis , pulvillis distinctus , qua hic lustratur , figura .

Graphicam eius descriptionem ad V. Cl. Petrum Servium Medicinæ professorem Romæ omni literarum genere cultissimum pereleganti Epistola misit Vir Excell. Ioannes Veslingius Eques S. Sepulcri Horti Præfектus , Phœbi delicium , nostræque amicitiae decus : quam Lectori non ingratam censui .

P E T R O S E R V I O V. C L.  
Ioannes Veslingius S. P. D.

**T**E verò felicem mi Servi , tam otii , quam curarum ! Et quanto tu dignior amæno illo Ianiculi secessu , quem scitè eleganterque describis , quam aut seditiona plebs , aut vano metu perculta pectora . Sequor institutum tuum , & per vestigia tua repo , quamvis longo intervallo . Nam quod fugere te fortè non debet , à quot tempore Horto Medico Præfactus sum , locum in habito Patavine Vrbis longè amoenissimum , remotum à forensi tumulu , à rhedarum , opificumque strepitu , inter duo augusta , D. Antonii Confessoris , & Diva Iustinae martyris Templa comprehensum , prope Brentæ ripas ,

Quod per amœnam Vibem leni fluit agmine flumen . Ex eo versus Boream , Septemq; triones , alpes prospicio , quæ patriæ fines , & lento bello funeratam Germaniam , non sine suavissimi morsi mihi representant . In proximo vero curiam amplissimam , palatia , imm publicam illam Minervæ arcem , atque in ea thea-

trum

trum illud, quod Vesalii, Fallopii, Fabritii, Spigelii, hominum doctissimorum utilissimi labores, non cruenti gladiatorum ludi, satis nobilitarunt. Orientem versus in campos excurrunt oculi, frugum fertilitate, vinique saluberrimi copia nulli secundos, quos bellantibus undis iracundus Adria deinceps excipit, & illæ Neptuni dicam, an Apollinis manu fundatae Venetiae. Cum ad Occidentem Solem convertor, veniunt in conspectum Euganei colles, pulchra serie, letissimoque virore mirè voluptatem oculorum accidentes, tum è tot medicatorum torrentium venis assurgens sumus. Aponus præsertim verè ἄπορος τε καὶ λυσίτορος de quo rectè, non ambitiosè Claudiani Musa cecinit.

Ille pater rerum, qui secula dividit astris,

Inter prima poli, te quoque dona dedit.

È cubiculo meo cum ad Austrum vultum circumfero, non Cereri; sed pudicæ Flora dicatum Circum intueor. Hortum scilicet, omnium quot per Italiam tractus videre licuit, structura pulcherum: quemque vel eo magis commendes, quo minus tessellato emblemate, fontium artificio, marinis coralliis, conchyliorumque crustis, & signorum pompa; sed nativa potius venustate consurgit universus. Forma rotundus est, validoè lateribus muro, propugnaculi instar cinctus; quem tamen hederæ exterius, interius lauri penitus occulant. Dirimitur è centro suo quatuor in quadrantes, totidem Flora templæ, totidemve hortos amplitudine comprehendentes. Hi quingentis areolis in stellas, rosasque digestis, non tam vulgaris notitiae plantas, quam rariores stirpes exhibent, quas Carolus Clusius Atrebatum decus, & Fabius Columna, vir ingenio, oculisque lynceus, præclaris monumentis, mystis Phœbeis delinearunt. Magno profectò iuventutis nostræ bono, quæ in hoc amæno compendio facile discit, quorum maxima pars ingenti dispendio, atque trinerum difficultate, per abrupta montium conquirenda foret. Eo à me adhibito studio, ne quid semel positum, sequentibus in pulvillis re peteretur; sed multitudinem herbarum, gratissima oculis varietas comitaretur. In quadrantum singularum internis angulis, elegantes assurgent metæ, hedera.

*corymbifera induæ , è quibus per fistulas plumbeas aquæ pro-  
rumpant , siti squallentes plantas largiter refecturæ ,*

*----- cum Procyon furit ,*

*Et stella vesani leonis ,*

*Sole dies referente siccos .*

*Ornant areolas arbusculæ variae , præcipuè regia laurus , Zizyphus  
alba , vitices vario florum colore , phyllireæ , pyracanthe , iuniperus ,  
roseæ sambucus , & verbasci arborescentes . Cumque collectæ in  
verticibus montium herbæ , sub acriore Sole difficulter etatem fe-  
rant , umbram astuante solo , atque opacum frigus præbent , cupressi  
proceritate insignes , ac potissimum à dextris abies , terebinthus ,  
alaternus , carpinus : à sinistris ingens platanus , cerrus Theophra-  
sti , laryx , tilia , styrax . Adiacent quadrantibus segmenta peri-  
pheriæ octo , partim laureo , buxeo ve sepimento , partim è ligustris ,  
atque ulmis tonsili plexu inclusa . È quibus quatuor orientem ,  
occidentemque Solem spectantia , narcissis , hyacinthis , lilionaruf-  
sis , leucoiis , Aphricano tanaceto , solano mirabili , amaranthisque  
ornare uolui , ut plebeios oculos , & manus procaces , à nobilissima-  
rum stirpium iniuria divertant . Distinguunt reliqua Horti latæ  
vix , ad quatuor oppositas è regione portas euntem perducentes .  
Laxius quoque per circuitum ambulacrum est , à quo sensim ver-  
sus ambientem murum acclivis , ac velut in collem assurgens tel-  
lus , arborum pomiferarum leta specie , tum Africana loto , ac rhoe  
consita , amoenissimi nemoris intuitu , circumspicientium lumini-  
bus metam imponit . In hunc mi Servi , quotiescumque pedem pe-  
netro , exulare viles omnes , sordidasque curas iubeo . Nil inter pa-  
pavera sua Tarquinto , nil Catoni vestro invidens : Lucullum ip-  
sum , & Diocletianum in Horto otiantes Principes , meliore bone  
mentis cultu superare contendo . Per occidentalem portam cum re-  
gredior , à sinistris obviame ex pyriferis arboribus , platano , fraxino-  
que sylvam habeo , tum canis salicibus maritatam vitem : à dextris  
ædes meas , diverso roscarum frutice , marina palma , granadilla Hi-  
spanica , latiusque sparsa Indica clematide , à fundamento decoras .  
Harum faciem posteriorum Canadensis quinque folia vitis , reptile*

*avi-*

aviditate occupat totam. Sub ea hortulum obtineo, maioris descripti seminarium, qui tanto mihi magis in delitiis, quanto rariora sunt, quæ brevi, sed fœcundo sinu complectitur. In eo arborum acida poma ferentium, & iasminorum ex Arabia, Indiisque fragrantia, post lugubrium tractationem serio reficior. In eo quidquid ex Americanis, Creticisque plantis, asperitatem hyemis ferre non potest, fictilibus conditum asservo. Hæc oblectamenta studiorum meorum sunt, imò hæc incitamenta: quibus ita afficio, ut de praxi medica parum solitus sim. Abundè contentus si amicis, exterisque huc diuertentibus, operam meam impendam. Itaque animo te sequor optimè Servi, & ad exemplum me tuum porrò componam.

Βραδίος μέχρι γύρως ὥρου.

Quod iuueni, qui Illustrissimo Episcopo Tomasoni à secretis, tam promptè, tam benignè adfueris, plurimum gaudeo: nec dubito laudissimum Antistitem, grata mente, collatum in suos beneficium, excepturum. Vale feliciter, atque in publicis Gymnasii feriis praeter solitum loquaci, venie gratiam impertire.

Scribo Patavii XXIX Augusti A. S. M DC XLVI.

Hortus iste verò cum Anno M DC XL plantis exoticas penitus destitueretur, opera, studioque Viri Cl. Ioannis Veslingii, tunc Horti Præfecti, allatis ex Ægypto, Hispania, Indiis, & præcipue Creta, omnis generis stirpibus rarioribus plurimum cultus fuit. Nam cum Illustrissimis, & Excellentissimis Gymnasii Moderatoribus exposuisset, Horto Patavino, jam alpestribus herbis satis instructo, ingens ornamentum allaturas, è Creta insula, Serenissimæ Republicæ Venetæ Dominio subdita, depromptas plantas. Vtpote que ob raritatem, virtutemque singularem, in tanta semper aestimatione gentium fuerint, ut etiamnum Galeni ævo Imperatores Romani, herbarios suos in Creta alerent, qui singulis annis ad nobilium antidotorum compositionem stirpes Vtbi necessarias subministrarent. Persuasionemque apud eosdem processisse, fateatur Plinius, quicquid in Creta nasci-

M tur,

tur, infinito præstare cæteris, eiusdem generis alibi genitis? Consetere Viri publici boni studiosissimi, præcipuè verò Illustriſſ. & Excellentiſſ. Petrus Foscarenus, & ut per annum honesto stipendio in Creta sustentaretur, decrevere, qui plantas in ornatum Horti Patavini conquirereret. Propositus à Veslingio fuit Ignatius ab Agris, Isulanus Flander, Medicinæ Doctor, juvenis rei herbariæ deditiſſimus. Is igitur delectus, viatico, literisque publicis ad Insulæ Ducem impetratis, plantas, earumve semina, quas sequens index comprehendit, transmisit, quarum pars adhuc in fructibus Horti superſtis.

### *Index Plantarum Creticarum.*

#### *Cap. XXXIII.*

<b>A</b> Canthus sylvestris.	Anonymus cistifolia?
Acetosa radice tuberosa.	Anthriscus.
Acetosa repens aculeato semine.	Anthyllis Valentina Clusii.
Acetosa radicibus asphodeli.	Arabis.
Acer crista Bellonii.	Argentea Alpini.
Agauanus.	Asphodelus tertius Clusii.
Agrio pastina.	Aspalatus.
Agrosteri.	Atriplex laciniata.
Aloe Cretica.	<b>B</b>
Alsine hederacea.	B Ellis spinosa.
Alysium Galeni.	Berberis.
Ammi Creticum.	Beta spinosa Cretica.
Anagallis flore luteo.	Borrage minor flore purpureo.
Anchusa arborea flore cœruleo.	Borrage flore variegato.
Anonis flore albo nō spinosa	Borrage repens flore pallido.
	Bulbus esculentus.
	Bulbo castanum.

Ca-

## C

- C** Aloierus flore luteo.  
**C** Caloierus flore purpureo.  
**C**aloierus maior.  
**C**aloierus minor.  
**C**arduus acarna dictus.  
**C**arduus spinosissimus.  
**C**arduus pinea.  
**C**arduus eryngioides capite spinoso.  
**C**arduus reticulato capite minimus.  
**C**arlina humilis.  
**C**arlina elatior.  
**C**arthamus humilis.  
**C**aryophyllus arboreus.  
**C**aucalis marina.  
**C**edrus Lycia.  
**C**erinthe flore purpurascēte  
**C**erinthe maior.  
**C**hamēpeuce.  
**C**hamæcistus annuus.  
**C**hamæcerasus Idæa.  
**C**hamædriis minor odora-  
 tior.  
**C**hamæmelum odoratum.  
**C**hamæmelum pumilum.  
**C**horidilla rara.  
**C**hrysanthemum maius.  
**C**hrysanthemum minus.  
**C**hrysanthemum medium.  
**C**hrysanthemum flore albo.  
**C**icorium annum.

- C**icorium stellatum.  
**C**icorium spinosum.  
**C**isampelus ramosa.  
**C**istus salviæ folio.  
**C**istus ledum.  
**C**limentum satium elegans.  
**C**limentum flore luteo.  
**C**limentum flore purpureo.  
**C**linopodium Alpini.  
**C**onvolvulus altheæ folio.  
**C**olutea scórioides odora-  
 ta.  
**C**oronilla.  
**C**oris legitima maior Belli.  
**C**oris minor.  
**C**ornu cervi repens.  
**C**ræcca Dodonæi.  
**C**yanus folia styracis.  
**C**yanus sine caule.  
**C**ynoglossum primū Clusii.  
**C**ynoglossum secundum.

## D

- D**ictamnus Cr. verus.  
**D**ictamnus spurius ma-  
 ior.  
**D**ictamnus spurius minor.  
**D**raba filiquosa flore purpu-  
 reo.

## E

- E**benus.  
**E**chinopus.  
**E**chium flore ampio purpu-  
 reo.  
**E**chium nigrum.

M 2 Echium

- Echium flore luteo parvo. Hippomarathrum.  
 Erysimum primum. Holoëtium.  
 Erysimum alterum longioribus siliquis. Horminum Alpini.  
 Eryngium trifolium. Horminum minus.  
 Esula arborea minor. Hyoscyamus flore aureo.  
 F Hypocoum Clusii.  
 Hyssopus flore albo.

## F

- F** Icus Opuntia maxima.  
 Flos Adonis luteus.  
 Flos Adonis colore varius.  
 Flos Solis ligneus.  
 Flos Solis annuus.  
 Flos Solis folio plantaginis.

## G

- G** Aleopsis Maranthæ.  
 Galium incanum.  
 Geraniū althææ folio maius.  
 Geraniū althææ folio minus.  
 Glastivida.  
 Gnaphalium petrèum lanuginosius.  
 Graminis species rarior prima.  
 Graminis rarior species altera.  
 Gramen festuca multiplici.  
 Gramen pennatum.  
 Guiderothymum.

## H

- H** Erniaria prima.  
 Herniaria altera.  
 Helochrysum latifolium.  
 Hieracium latifolium annuū.  
 Hieranzoune.

Hippomarathrum.

Holoëtium.

Horminum Alpini.

Horminum minus.

Hyoscyamus flore aureo.

Hypocoum Clusii.

Hyssopus flore albo.

## I

- I** Acca capite spinoso.  
 Jacobæa lanuginosa.  
 Indescripta planta prior.  
 Indescripta altera.  
 Irides bulbosæ variæ.

## L

- L** Eguminis species flore violaceo.  
 Leōtopodiū Clusii primum.  
 Leontopodium alterum.  
 Leontopetalum.  
 Leucoium incanū spinosum.  
 Leucoium paruvm flore cæruleo.  
 Leucoium semine utricula-to maius.  
 Leucoium marinum.  
 Leucoium utriculatū minus.  
 Leucoium purpureum elegans.  
 Lichnides sylvestres variæ.  
 Limonium Ravolfi.  
 Linum arborescens.  
 Linaria elegans.  
 Linaria Valentina Clusij.  
 Linaria semper virens Idæa.

## Li-

*Linum flore luteo.*

*Lotus Alpini.*

*Lotus siliquis ornithopodii.*

*Lotus sylvestris.*

*Lychnis viscosa maxima.*

*Lycium.*

M

**M** *Alvæ arboreæ flore  
vario.*

*Malva rosea.*

*Malva trimestris.*

*Malva rotundi folia flore  
amplo.*

*Marrubium fœtidum tube-  
rosum.*

*Marrubium supinum flore  
albo.*

*Marrubium supinum flore  
cæruleo.*

*Medicæ variæ.*

*Medica platunifera.*

*Medica cascifera.*

*Medica arborea.*

*Medica doleata.*

*Melanthium flore albo.*

*Melilotus annua.*

*Melilotus supina.*

*Millefolium elegans.*

*Moly maximum.*

N

**N** *Arcissi albi flore pleno  
Na fluitum Valentini  
Clusii.*

O

**O** *Cymoides arborea.*

*Onobrychis maior se-  
mine spinoso.*

*Onobrychis minor sem. spin.*

*Onobrychis repens.*

*Onobrychi affinis elegans  
planta.*

*Origanum Heracleoticum.*

*Orobanche maxima.*

P

**P** *Apaver siliquosum flo-  
re violaceo.*

*Papaver siliquosum flore ru-  
bro.*

*Papaver silvestre flore ple-  
no.*

*Papoule Cretensium.*

*Paronychia flore violaceo.*

*Paronychia Idæa singularis.*

*Petramarula vulgaris.*

*Petramarula verior.*

*Petroselinum radice tube-  
rosa.*

*Pimpinella spinosa.*

*Polemonium flore albo.*

*Polemoniū flore purpureo.*

*Polium arborescens.*

*Polium odoratius.*

*Polii gnaphalioides Alpini.*

*Polemonium flore elegan-  
tissimo.*

*Polygonum marinum.*

*Pseudolithos permum.*

Ra-

## R

- R** Anunculus echinatus.  
**R** Ranunculus grumosus  
 flore albo.  
**Ranunculus** grumosus flore  
 purpureo.  
**Ranunculus** grumosus flore  
 puniceo.  
**Ranunculus** petræus latifo-  
 lius.  
**Rapistrum** monospermum.  
**Rapistrum** tetragonolobum.  
**Rapistrum** flore albo.  
**Rapistrum** flore cæruleo.  
**Rapistrum** marinum singu-  
 lare.  
**Rapunculus** repens prolifer.  
**Rubia** arborescens lævis.  
**Rubia** spicata.

## S

- S** Abina baccifera.  
**Salvia** baccifera.  
 Sanamunda.  
 Santalida.  
 Scabiosa arborea.  
 Scabiosæ aliquot species rare.  
 Scordium officinarum.  
 Scorodotis Plinii.  
**Scorpioides** bupleuræ folio  
 maius.  
**Scorpioides** bupleure fol.mi-  
 nus.  
**Scorpioides** bupleuræ folio  
 altera.

- Scorzonera maior.  
 Scorzonera humilis.  
 Sedum arborescens.  
 Selinum petræum radice tu-  
 berosa.  
 Sesamum.  
 Seseli nodosum.  
 Sferra cavallo.  
 Sinapi album decolor.  
 Smyrnium perfoliatum.  
 Smyrnium non perfoliatum.  
 Smyrnium tertium non de-  
 scriptum.  
 Solanum antiquorū Alpinī.  
 Sonchus lævis flore purpu-  
 reo.  
 Spartum herba.  
 Spartium genista.  
 Staphisagria.  
 Stachis flore luteo Idæa.  
 Stachis spinoso, odore Scla-  
 reæ.  
 Stoebe foliis plantaginis.  
 Stoechas altera Lobelii.  
 Stoechas altera citrina foliis  
 aculeatis.  
 Symphytum petræum.

## T

- T** Apsia.  
**T** Telesphium legitimum  
 Imperati.  
 Thlaspi arborescens.  
 Thlaspi fruticosum clipeatū.  
 Thlaspi semper virens.

Thla-

Thlaspi Idæum.	Trifolium semicirculari siliqua.
Thymus capitatus.	Trifolium vesicarium primū.
Tithymalus arborescens.	Trifolium vesicarium secundum.
Tordilium.	Trifolium coronatum.
Trachelium petræum.	Trifolium scorpioides.
Tragacantha vulgatior.	
Tragacantha secunda Ponæ.	V
Tragacantha quarta Alpini.	Accaria.
Tragoriganum primum.	Verbascum cistifolium.
Tragoriganum alterum.	Vicia arachidnoides Ponæ.
Tragopogum flore purpureo.	Vicia sylvestris flore purpureo.
Trifolii species singularis, seu spica trifolia.	Vicia sylvestris flore luteo.
Trifolium falcatum.	Viola flore flavo odorata ex Ida.
Trifolium annum.	Vitica globularia.
Trifolium argenteum clipeatum.	Z
Trifolium sine caule.	Zizyphus alba.

## Rei Herbariae Doctores. Cap. XXXIV.

**S** Tirpium vires tum materia medica Dioscoridis ordine in Cathedra Gymnasii exposuere viri eruditii, sed mense Maio in horto ipso seorsim earum formam nunc iidem explicuere, nunc alii, ut suo loco indicabimus.

Anno M D XXXIII cœpit Franciscus Bonafidius in scholis Simplicium lecturam profiteri, vir doctrina, scriptis, fide, & vitae probitate conspicuus, qui in Lyceo publico ad Medicinam Theoricam extraordinariam, & ad practicam extraordinariam, & ad practicam ordinariam adhibitus est usque ad annum M D X L I X quo senio confectus & oculis captus ab hoc onere destitutus.

Bonafidio successit Gabriel Fallopius Mutinensis, coniun-

iuncta tunc Chirurgia cum Simplicium explicatione, accitus à Senatu Veneto hac verborum serie, quam hic ad curiosorum commodum integrum attulimus.

**F**RANCISCVS DONATO Dei gratia Dux Venetiarum, &c.  
Nobilibus & Sapientibus Viris M. Antonio Venerio Doctori, de  
suo mandato Potestati, & Francisco Contareno Capitaneo Paduae,  
& successorib. suis fidelib. dilectis salutem & dilectionis affectum.

Cum Gymnasio isto nostro Patavino deesse intelligeramus peri-  
tum aliquem Magistrum Simplicium medicamentorum, atque  
herbarum, necnon Magistrum secandi humana corpora & artis  
Chirurgiae, quorum omnium cognitio maximè ad rem medicam  
pertinere videtur. Nos cum pridem diversò Plantarum genere di-  
ligenter perquisito, copiosum hortum instituimus, in quo cupidus  
quisque huiusmodi scientia faciem herbarum videre, & naturam  
cognoscere facile possit. Cumque præter hæc cupiamus, ut omni  
ex parte consultum sit utilitati Scholarium, moti per celebri fa-  
ma Excellentis Viri Gabrielis Fallopii Civis Mutinensis, qui pu-  
blicis aliquot Italiae Gymnasiis hæc artium genera, summa cum  
laude ac discentium voluptate, atque utilitate docuit. Ex Sena-  
tus nostri sententia cum conduximus, ut Simplicia medicamen-  
ta, ac herbarum naturam in eo Gymnasio fideliter exponat, necnon  
hortum nostrum non negligat, libros præterea quod quidem Chi-  
rurgie artis & herbarum ipsarum cognitionem tractant publicè  
interpretetur, atque ea omnia præstet quæ ad anatomen pertinen-  
tia suis temporibus soleant artis eius præstare preferentes. Idque  
toto proximo biennio, ac si nobis à re discentium videbitur etiam  
anno sequenti. Pro iis vero laboribus annum ei ducentorum Flo-  
renorum salarym constituimus. Vobis itaque mandamus, ut Se-  
natus nostri decretum ita servandum curetis, ut Egregius iste Vir  
nulla sui salarii parte fraudetur. Has autem registratas præ-  
sent. restituatur.

Datum in nostro Ducali Palatio, die XXII Septembris, Indi-  
catione Decima M D L I.

Præter Lectorem Simplicium eligebatur custos Viridarii, inter quos recenset Gaspar Bohinus, Aloysium Mundellam, secundum in ordine Præfectum, & Aloysium Anguillaram tertium. Prioris extat memoria sub Aloysii nomine libris publicis anni M D XLVII, qui etiam perhibent Anguillaræ anno M D LXI Viridarium reliquenti die xx Septembris eiusdem anni successisse Melchiorem Guilandinum Borussum è vinculis Turcarum ære Fallopii liberatum cum honorario Floren. cxxi v. Huic postea anno M DLXIV. xx Februarii, defuncto Fallopio publicum de stirpibus docendi munus in horto concessum fuit, & in scholis Bernardino Trivisano Patavino. Guilandino accessit anno M DLXXXIII honorarium, tandemq. MDLXXVIII universum ipsius stipendium sine ulteriori augmento ad Florenos DC auctum, ea conditione, ut suis impensis binos aleret villicos. Ex quo singulari istius viri industria huic professioni tantum existimationis accessit, ut postea Simplicium ostensio in horto mense Maii publicis Professoribus accenseretur. Ipso è vivis sublato anno M D XC Iacobus Corlusius Patavinus die xx Novembris eiusdem anni successit, qui licet Medicinam nunquam professus fuisset, sic tamen Simplicium medicamentorum cognitione inclaruit, ut merito ad id munus obeundum à Serenissimo Senatu Veneto aliis præferretur. Auxit hic mirificè Viridarius novis plantis ac assidua inspectione. Obiit M D XC III, de quo pluribus in nostris Athenis Patavinis.

M D XC III Prosper Alpinus Marosticensis horto præfuit usque ad annum M DC XVII auctis stipendiis ad Florenos DC CL, cuius opera in Elogiis nostris jam editis M DC XLV recensuimus.

MDCXVIII Iacobus Zabarella sic extant literæ publicæ sub die xx Octobris eiusdem millesimi honorario ei iniuncto Florenorum centum ad lecturam Simplicium, sed ad ostensionem eorundem in horto adhibitus est Ioannes Preuotius

Rauracus usque ad annum M D C XXX, qui grassante pestilentia occubuit, eaque vi Iacobo Zabarella extincto.

M D C X X X I Oblatum sibi que jam destinatum munus quum Ioannes Rhodius Danus ob rationes domesticas modestè recusasset, Senatus consulto datum fuit Alpino Alpino Marosticensi filio Prosperi anno M D C XXXIII. Hac itaque provinciam usque ad annum M D C X X X V I I, quo tare interiit, rexit.

M D C X X X V I I Edito in Prosperum Alpinum de Plantis Ægyptiis commentario, & relicta chirurgiæ cathedra, successit Ioannes Veslingius Mindanus, Eques S. Sepulcri, & primarius Anatomicus, cuius consilio & opera hortus rarioribus plantis Cretensibus aliisque longinquo petitis in hunc diem latè floret sequenti stirpium numero auctior, donec anno M D C X L I X a state febri maligna correptus intererat. Successit ei Georgius à Turre Patavinus medendi peritia jam clarus & amoenioribus literis ac potissimum priscorum numismatum notitiæ deditus.

Cum horti Simplicium amplitudo, plantarumque numerus insignis, unius hominis curam excederet, ab Excell. Moderatoribus duo Hortulanî conducti sunt, quorum uni qui intra hortum domicilium habet, triginta quatuor libras: alteri, qui extra hortum degit quadrigenta libras mensurâ salariai dederunt. Quandoquidem vero annis omnibus, propter natalium locorum intolerabilem mutationem, tempestatum iniurias & effigiem non tam studiosorum, quam plebis male feriantis proterviam, plantæ multæ perirent. Excell. Moderatores Gymnasi, horti Præfecto libras ducentas quinquaginea tres anni sumptus subministrarunt, ut missis ad Summanum Baldumque montes hortulanis, ad Bassanenses, Feltrianos, Tridentinos item alpes, tum maris Adriatici litora, propinquosque Euganeorum colles, herbæ deficientes ad hortum reducerentur, atque exoticæ aliæ comparari possent.

Catalogus Plantarum Horti Gymnasii Patavini ad  
Annum M D C X L I V. Cap. X X X V.

A  
**B**delavi, seu melo Ægyptius.  
**A**belmosco, seu alcea moscata Ægyptia.  
**A**bies.  
**A**brotanum mas vulgare.  
**A**brotanum mas alpestre incanum.  
**A**brotanum fœmina vulgare.  
**A**brotanum fœmina Hispanicum.  
**A**bsinthium latifolium vulgare.  
**A**bsinthium Gallæcum.  
**A**bsinthium Seriphium.  
**A**bsinthium marinum ladanum folio.  
**A**bsinthium tenuifolium.  
**A**bsinthium umbelliferum alpestre maius.  
**A**bsinthium umbelliferum alpestre minus.  
**A**butilon Avicennæ.  
**A**cacia indica.  
**A**canthium vulgare Matthioli.  
**A**canthium album Hispanicum.

**A**cantis mollis.  
**A**canthus sylvestris vulgaris.  
**A**cathus sylvestris Creticus.  
**A**carna.  
**A**cer latifolium.  
**A**cer medium.  
**A**cer minus.  
**A**cetosa vulgaris maior.  
**A**cetosa vulgaris tenuifolia.  
**A**cetosa rotundifolia alpestris Ponæ.  
**A**cetosa maior Cretica.  
**A**cetosa radicibus Asphodeli Cretica.  
**A**cetosa indica folio carnosum.  
**A**conitum lycoctonum flore pallido.  
**A**conitum lycoctonum flore cæruleo.  
**A**conitum lycoctonum flore Delphinii.  
**A**conitum hyemale.  
**A**corus verus.  
**Æ**thiopis.  
**A**gavans Creticus.  
**A**geratum, seu eupatorium Mesue.  
**A**gnus castus, seu vitex flore cæruleo.

N 2 Agnus

- Agnus castus flore rubro.  
 Agnus castus flore albo.  
 Agrimonia officinarum.  
 Agrimonia odorata.  
 Agriopastinaca Cretica.  
 Agriostari Creticum.  
 Alaternus Clusii secundus.  
 Alcea folio cannabino.  
 Alchimilla, seu pes leonis.  
 Alchimilla montana minima  
     Columnæ, Perscepier  
     quorundam.  
 Alkanna Ægyptia.  
 Alkekengi officinarum.  
 Alliaria.  
 Allium hortense.  
 Allium ursinum.  
 Allium sylvestre.  
 Alnus.  
 Aloe Cretica.  
 Aloe Americana.  
 Alsine maior & minor.  
 Alsine baccifera, seu cacu-  
     balum.  
 Alsine hederacea foliis rutæ  
     modo divisis Lob.  
 Alsine hederulæ folio altera  
     Taber.  
 Alsine hederæ folio Cretica.  
 Alsine palustris.  
 Althæa vulgaris, seu bismal-  
     va.  
 Althæa arborescens.  
 Alyssū Dioscoridis Dodonei
- Alyssum Galeni Clusii.  
 Amaranthus spicatus.  
 Amaranthus cristatus.  
 Amaranthus Indicus cauda-  
     tus.  
 Amarāthus baccifer Indicus.  
 Amaranthus tricolor.  
 Ambrosia hortēsis Lobelii.  
 Ambrosia tenuifolia Lobelii  
 Amelanchier.  
 Ammi vulgatius Fuchsii.  
 Ammi officinarum.  
 Amomum Pliniī.  
 Amygdalus.  
 Anagallis mas flore phœni-  
     ceo.  
 Anagallis fœmina flore cæ-  
     ruleo.  
 Anagallis aquatica maxima.  
 Anagallis aquatica minor lō-  
     giore folio.  
 Anagallis aquatica minor ro-  
     tundo folio.  
 Anagyris major non foetida.  
 Anagyris minor foetida.  
 Anchusa montana flore pal-  
     lido.  
 Anchusa degener Lobelii.  
 Androsace prior Matthioli.  
 Anemone trifolia Dodonei.  
 Anemone tertia Matthioli  
     flore albo.  
 Anemone flore cruento za-  
     cynthia.

Ane-

- Anemone flore albo pleno.  
Anemone flore miniato pleno.  
Anemone Calcedonica.  
Anemone flore comofo rubro.  
Anemone flore comofo purpureo.  
Anemone flore simplici rubro.  
Anemone flore simplici cæruleo.  
Anemone flore simplici purpureo.  
Anetum.  
Angelica.  
Angelica sylvestris.  
Anguria.  
Anisum.  
Anonis spinosa flore purpureo.  
Anonis spinosa flore albo.  
Anonis non spinosa flore rubro.  
Anonis non spinosa flore luteo.  
Anonis Cretica.  
Anonymous linarie folio Clusii.  
Anthriscus Creticus.  
Anthillis leguminosa.  
Antirrhinum Siculum latifolium flore albo.  
Antirrhinum Hispanicum.
- folio cordato.  
Antirrhinum maius flore rubro  
Antirrhinum maius flore vario.  
Antirrhinum minus.  
Antirrhinum minus densiore folio.  
Antirrhinum minimum.  
Antithora, seu Napellus Moysis.  
Aparine vulgaris.  
Apios Cretica, seu tithymalus tuberosus.  
Apios Indica.  
Apium hortense, seu petroselinum.  
Apium cripsum.  
Apium palustre.  
Apocynum latifolium Clusii.  
Apocynum angustifolium.  
Aquitolium.  
Aquilegia flore pleno.  
Aquilegia stellata flore albo.  
Aquilegia stellata flore cæruleo.  
Arbor Iudæ flore purpureo.  
Arbor vitæ, seu Thyia.  
Arbutus.  
Argemone flore flavo Alpestris.  
Argemone flore coccineo pleno.  
Argentina, seu Potentilla Matthioli.

Aria

- Aria Theophrasti.  
Arisarum latifolium Clusii.  
Arisarum angustifoliū Clusii  
Aristolochia longa.  
Aristolochia rotunda.  
Armerius flos simplex ruber  
maior.  
Armerius flos minor alpe-  
stris.  
Armerius flos albus plenus.  
Armerius flos colore varius.  
Armerius flos in eadem plan-  
ta albus, & tubeus.  
Artemisia officinarum.  
Arū vulgare maius & minus.  
Arundo vallatoria.  
Asarum.  
Asclepias, seu vincetoxicum.  
Ascyrum.  
Aspalatus Creticus.  
Asparagus altilis.  
Asparagus marinus.  
Asparagus sylvestris, sive  
Corruda.  
Asperula cærulea.  
Asphodelus mas albus.  
Asphodelus foemina luteus.  
Asphodelus albus minor  
Creticus.  
Asphodelus minor alpestris.  
Aster Atticus.  
Aster montanus folio odo-  
rato.  
Aster montanus flore luteo.
- Aster montanus flore cæru-  
leo.  
Aster montanus flore am-  
plo VII. Clusii.  
Aster linariæ folio luteus.  
Aster tenuifolius cæruleus.  
Aster flore spinoso Hispani-  
cus.  
Aster conyzoides.  
Astragalus maior.  
Astragalus minor.  
Atriplex sativa.  
Atriplex olida.  
Atriplex baccifera Indica?  
Atriplex baccifera sylvestris?  
Atriplex laciniata Cretica.  
Atriplex sylvestris latifolia?  
seu pes anserinus.  
Atriplex sylvestris polygoni  
folio.  
Auricula muris, seu echium  
scorpioides hirsutum.  
Auricula muris glabra.  
Auricula ursæ flore rubro.  
Auricula ursæ flore luteo.  
Auricula ursæ minor alpe-  
stris flore dilutè rubro.  
Auricula ursæ minor flore  
albo.

## B

- B** Accharis Monspeliensi-  
sium.  
Balsamum alpestre Lobelii.  
Balsamina cucumerina.

Bal-

Balsamina perficifolia .	Blattaria odorata Hispanica.
Bammia Ægyptia nō odora.	Blitum album vulgare.
Barba Iovis.	Blitum rubrum.
Barbarea, seu pseudobunias.	Bonus Henricus, seu lapa- tum unctuosum.
Beid el osar Ægyptium.	Borago flore cæruleo .
Bellis maior campestris .	Borago flore albo maior.
Bellis hortensis minor flore simplici .	Borago Cretica maior flo- re purpureo.
Bellis hortensis flore pleno albo .	Borago minor Cretica flo- re pallido.
Bellis hortensis flore pleno vario .	Borago Cretica minor flo- re vario .
Bellis hortensis minor proli- fera .	Borago maritima minor.
Bellis alpestris maior den- siore folio .	Botrys officinarum.
Bellis globularia maior .	Botrys Indica ambrosioides.
Bellis globularia frutescens Bauhini .	Brassica vulgaris .
Bellis spinosa Cretica .	Brassica capitata .
Bellis Indica maxima .	Brassica florida .
Berberis vulgaris .	Brassica cauli rapum dicta .
Berberis Indica .	Brassica latifolia crispa .
Beta alba vulgaris .	Brassica prolifera Tabernæ montani .
Beta rubra Romana .	Brassica sylvestris perfoliata .
Beta spinosa Cretica .	Britannica Fracastorii Ponç.
Betonica officinatum .	Bryonia officinarum alba .
Betonica flore albo montana .	Buglossum latifolium Hispa- nicum .
Betonica aquatica .	Buglossum angustifolium Hispanicum .
Bistorta officinarum .	Buglossum hieracio cognatū
Bistorta minor flore rubro .	Bugula maior flo. purpureo.
Bistorta minor flore albo .	Bugula, seu consolida media flore cæruleo .
Blattaria flore rubro .	
Blattaria flore luteo .	

Bul.

Bulbus eriophorus.	Camphoratae congener.
Bulbus esculentus Creticus.	Canna Indica flore luteo.
Bupleurum latifolium.	Canna Indica flore rubro.
Bupleurum angustifolium.	Cannabis vulgaris.
Buphthalmum.	Cannabis spuria flore purpureo.
Bursa pastoris folio laciniato	Cannabis spuria flore albo.
Bursa pastoris folio integro.	Cannabis lutea Cretica Contareni.
Buxus vulgaris.	Cantabrica quorundam Clusii
Buxus flore coluteæ purpureo.	Capillus Veneris officinarum.
Buxus flore coluteæ luteo.	Capparis fabago dicta, sive portulacea folio.
<b>C</b>	
Calamina Clusii prima.	Capparis rotundo folio.
Calamintha præstantior flore purpureo.	Capicum Indicum siliquum maius.
Calamintha præstantior flore albo.	Capicum Indicum siliquum minus.
Calamintha vulgaris.	Capicum Indicum pomiferum.
Calendula.	Capicum Indicum cordatum erectum.
Calendula flore pleno.	Cardamine maior.
Caltha palustris.	Cardamine minor.
Caltha palustris flore pleno.	Cardamine trifolia alpestris.
Campanula lactescens, sive pyramidalis maior.	Cardiaca.
Campanula lactescens minor.	Carduus benedictus.
Campanula persicifolia flore cæruleo.	Carduus lacteus, seu Mariæ.
Campanula persicifolia flore albo.	Carduus fullonum sativus.
Campanula rotundifolia alpestris.	Carduus fullonum sylvestris.
Camphorata Monspeliensis maior.	Carduus fullonum flore albo.
Camphorata minor montana	Carduus stellatus.
	Carduus spinosissimus Creticus.

Car-

- C**arduus Creticus spinosior  
alter.  
**C**arduus reticulatus minor  
Creticus.  
**C**arduus sphærocephalus.  
**C**arduus pratensis Lobelii.  
**C**arduus chrysanthemus.  
**C**arduus tomentosus.  
**C**arpinus.  
**C**arthamum sativum.  
**C**arthamum perenne flore  
cæruleo.  
**C**aryophyllata vulgaris.  
**C**aryophyllata flore nutan-  
te purpurascente.  
**C**aryophyllata alpestris flo-  
re nutante flavo.  
**C**aryophyllata alpestris flo-  
re nutante albo.  
**C**aryophyllata alpestris flo-  
re flavo amplo.  
**C**aryophyllus hortensis flo-  
re simplici albo.  
**C**aryophyllus hortensis flo-  
re simplici miniato.  
**C**aryophyllus hortensis flo-  
re simplici variegato.  
**C**aryophylli hortenses albi  
flore pleno.  
**C**aryophyllus hortensis flo-  
re pleno miniato.  
**C**aryophyllus flore pleno  
subcæruleo.  
**C**aryophyllus flore pleno  
albo, & rubro distincto.  
**C**aryophyllus alpestris ma-  
ior.  
**C**aryophyllus alpestris mi-  
nor.  
**C**aryophyllus gramineus al-  
pestris flore albo.  
**C**aryophyllus minimus Lo-  
belii, gramen polyanthe-  
num Dodonei.  
**C**aryophyllus superbus Lo-  
belii.  
**C**aryophyllus arboreus Cre-  
ticus.  
**C**aryophyllus Indicus.  
**C**arlina humilis vulgaris.  
**C**arlina Cretica.  
**C**arlina elatior.  
**C**arū, seu carvi umbella alba.  
**C**arum umbella purpurea.  
**C**asia poetarum.  
**C**assia solutiva Ægyptia.  
**C**astanea vulgaris.  
**C**astanea equina.  
**C**ataputia minor, seu lathy-  
ris.  
**C**aucalis Hispanica.  
**C**edrus Lycia ex Creta.  
**C**entaurium maius officina-  
rum flore purpureo.  
**C**entaurium maius alpestre  
flore luteo.  
**C**entaurium maius alpestre  
flore luteo alterum.

O Cen-

Centaurium minus officina-	chamæmelum pumilum Creti-
rum .	ticum .
centauriū minus flore luteo .	chamæmelum sylvestre , seu
cepa vulgaris alba .	cotyla fœtida , & non fœ-
cepa vulgaris rubra .	tida .
cepa Ascalonica .	chamænerium alpestre .
cæpea Matthioli .	chamæpytis officinarum .
cerasi vulgares dulces .	chamæpytis spuria Dodonei .
cerasus fructu acido .	chamæsyce Lobelii .
cerasus humilis , seu chamæ-	chelidonium majus .
cerasus .	chelidonium minus .
cerasus sylvestris .	chondrilla prior Dodonei .
cerasus sylvestris , rotundifo-	chondrilla marina .
lia , Mahaleb Matthioli .	chondrilla viscosa .
cerefolium .	chondrilla rara Cretica .
cerefolium sylvestre Taber-	christophoriāna , seu aconi-
namontani .	tum bacciferum .
cerinthe flore luteo .	chrysanthemum vulgare se-
cerinthe flore purpureo .	getum .
cerinthe Cretica .	chrysanthemum Creticum
chamædrys officinarum .	flore albo .
chamædrys alpestris minor .	chrysanthemum Creticum
chamædrys minor Cretica .	maiis .
chamædrys laciniatis foliis	chrysanthemum Creticum
Lobelii .	medium .
chamædrys durior alpestris ,	chrysanthemum minus Creti-
chamæespilus .	cum .
chamæmelum officinarum .	chrysanthemum alpestre pri-
chamæmelum odoratum .	mum Clusii .
Creticum .	chrysanthemum alpestre re-
chamæmelum Romanum .	pens .
flore pleno .	chrysanthemū bellidis folio .
chamæmelum Lusitanicum	chrysanthedum Canadense .
flore luteo bullato .	cicer sativum album .

- Cicer sativum rubrum.  
 cicer sylvestre Lobelii.  
 cicer sylvestre Matthioli.  
 cichorium sylvestre laciniatum  
 cichorium sylvestre non la-  
     ciniatum.  
 cichorium hortense.  
 cichorium foetidum.  
 cichorium annuum Creticum.  
 cicorium stellatum Creticum.  
 cicorium spinosum Creticum.  
 cichorium sylvestre luteum.  
 cicuta.  
 cicutaria maxima Lobelii.  
 cicutaria palustris.  
 cineraria, seu Iacobea inca-  
     na.  
 circæa.  
 cirsium vulgare.  
 cirsium alpestre minus.  
 cissampelus, seu convolvulus  
     niger Dodonei.  
 cistus foemina Matthioli.  
 cistus mas, seu primus Mat-  
     thioli.  
 cistus humilis sextus Clusii.  
 cistus humilis septimus Clusii  
 cistus humilis octauus Clusii.  
 cistus humilis thymifolius.  
 cistus ledon Creticus.  
 cistus annuus.  
 cistus spurius.  
 clematis peregrina flore sim-  
     plici violaceo.  
     clematis peregrina flore ple-  
         no.  
 clematis cruciata alpestris.  
 clematis erecta, seu flammu-  
     la Iovis.  
 clematis latifolia pannonica  
     Clusii.  
 clematis Indica Contarenii,  
     Iasminum phæniceum Fer-  
         rarii.  
 clematis daphnoides, seu  
     pervinca maior flore cæ-  
         ruleo.  
 clematis daphnoides maior  
     flore albo.  
 clematis daphnoides minor  
     cærulea.  
 clematis daphnoides minor  
     flore albo.  
 clinopodium Matthioli, seu  
     acinos flore cæruleo.  
 clinopodium Matthioli flore  
     albo.  
 clinopodium Austriacum  
     Clusii.  
 clinopodium alpestre Ponæ.  
 clymenum Matthioli.  
 clymenum angustifolium.  
 clymenum flore purpureo  
     Creticum.  
 clymenum flore luteo Cre-  
     ticum.  
 cneorum Matthioli.  
 cochlearia Batava.

<i>Colchicum vernum flore</i>	<i>convolvulus cæruleus</i> , seu purpleo.
<i>colchicum autumnale flore</i>	<i>conyza maior</i> .
<i>flavo.</i>	<i>conyza maior vera Lobelii.</i>
<i>colchicum Indicum.</i>	<i>conyza palustris</i> , seu <i>consoli-</i>
<i>colocassia Ægyptia.</i>	<i>da palustris Tabernemont.</i>
<i>colus Iovis</i> , seu <i>horminum</i>	<i>conyza minor</i> .
<i>luteum.</i>	<i>coriandrum.</i>
<i>colutea vesicaria.</i>	<i>coris Belli legitima Cretica</i> .
<i>colutea scorpioides.</i>	<i>cornus mas.</i>
<i>colutea scorpioides odorata</i>	<i>cornus fœmina.</i>
<i>Cretica.</i>	<i>corona imperialis.</i>
<i>colutea siliquosa</i> , seu <i>coro-</i>	<i>coronopus Matthioli primus</i>
<i>nilla maior.</i>	<i>coronopus Ruellii.</i>
